quid enim? forte peccasti in seculo: numquid amplius paulo? Et si peccasti in religi-
one numquid plus petro? Attamen illi toto in corde penitentiam agentes non modo
salutem sed et sanctitatem sunt consecuti, etiam et salutis ministerium et magisterium
adepti sunt sanctitatis. Et tu ergo fac similiter. Et quoniam propterea scriptura legitur viros
illos esse misericordie utique propter multam misericordiam quam consequi meruerunt.

Potes tamen et in hoc verbo etiam illud non inconvenienter accipere viros nunc fu-
isse apostolos id est plenos misericordie seu viros nunc misericordie dictos certe uni-
verse. Domini enim quemadmodum isti viri nec sibi vixere nec sibi sunt mortui sed
ei qui pro ipsis mortuus est magis autem nobis omnibus propter illum. Quantum enim
prodesset nobis eorum iustitia quam ipsa quoque sicut ostensum est tantum profuerit primis?
pro nobis facit eorum vita eorum doctrina etiam et mors ipsa etenim in quesito-
ne gratiam in predicatione sapientiam in passione sua patientiam nobis boni apostoli
contulerunt quanta usque hodie conferre non cessant misericordie pleni quod est
enim fructus orationum quibus et in ipsa eorum vita adhuc viventes quod amiserat fi-
duciam si quidem nobis miraculorum exhibitione plures? Et quis enumeret quam
multa nobis per eos beneficia provenerunt? Ubi ergo de eis scriptura loquitur
quoniam hi sunt viri misericordie et addit quorum iustitie oblivionem non acceperunt.
Vis ut nec tua accipiat oblivionem? Attende quid paulus et floruit te-
terrimam ante dominum. legis enim quia tepidus es incipiam te evomere de ore meo. le-
gis: Si averterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem omnium iustitiarum
eius non recordabor. legis quibusdam dicendum in iudicio non novi vos illis sine du-
bio qui receperunt mercedem suam. Ergo omnis iustitia tepida omnis transitoria omnis
vendita erit in oblivione coram deo sed non ita apostolorum iustitie quod ex eo satis ap-
paret quod sequitur. Cum semine eorum permanent bona. manent enim in nobis usque ho-
die apostolorum vestigia et eorum religio quia que ex deo est non potest dissolvi. Ves-
tes israhelitici populi quadraginta annis in deserto perduraverunt. Ergo multo
magis apostolorum vestes super iumentum salvatoris apposite cum semine manent eorum.
Quod est semen? quod semen adiungit hereditas sancta nepotes eorum. Idem profe-
cto et semen et nepotes. Meministis credo scientibus enim legem loquor me-
ministis inquam legales nuptias ut suscitet superstes semen fratri defuncto sine se-
mine. Quis sit semen? Singularis autem sum ego donec transeam. Deus resur-
gens vade inquit dic fratribus meis. Non si dicunt fratres sunt filii quidem fratris.
Ergo per evangelium ipsi nos genuerunt non tamen sibi sed Christo quia per evangelium
Christi. Hinc est quod moleste tulit paulus quosdam eorum dici a quibus geniti fue-
rant per evangelium dicens adversus eos qui dicebant Ego sum pauli ego vero
cephe ego vero apollo. Christi magis omnes fieri volens et dici. Ipsius semen apo-
stolorum sumus per ... sed per adoptionem et hereditatem semen Christi et apostolorum
nepotes. (De david et golia et quinque lapidibus Sermo XXIIII.

Audivimus ex libro regum goliam virum procere stature presumentem
super multa fortitudine et magnitudine corporis sui vociferantem ad-
versus phalanges israel et provocantem eos ad singulare certa-
men. Audivimus etiam suscitatum a deo spiritum pueri iunioris ut indigne ferret

virum spiritualem et incircumcisum castris israel et dei sui agminibus exprobrantem
spectauimus procedentem adolescentulum in funda et lapide aduersus monstruose
magnitudinis hominem loricatum clipeoque protectum ac galea ceterisque terribi
lem militaribus armis Si qua in nobis sunt viscera pietatis non possumus non
timere sic ineuntis conflictum non congaudere vincenti. laudauimus magnitudinem
pueri quem comedit animam eius zelus domus dei et opprobria exprobrancium ei a
stimo ducit aliena sed tamquam ad propria et dolet super contritione ioseph miranti su
mus timorem in adolescente fiduciam quantam non inuenimus in vniuerso israhele col
latam denique celitus victoriam et diuina manifeste patratam virtute tum
leti suscepimus quam sollicite certamen spectauimus armati fide pueri et glo
riantis propria in virtute gigantis. Iam si spiritualem secundum apostoli testimonium
legem esse non ignoramus et spiritualem esse preterea nos non solum exterioris superfi
ciei oblectandos aspectu sed interiorum quoque sensuum gustu tamquam medulla
tritici saciandos. Considerandum nobis est quem nam videatur ille golias qui
populo dei iam repromissionis terram ingresso iamque multos ex hostibus triu
phanti solus exprobrare presumit elatus et inflatus spiritu carnis sue Credo eum
non incongrue superbie hominem superbie vicium designare ipsum namque est precipue maxime
quod dei populo magis insultat et insurgit specialiter aduersus eos qui ceterorum vicia
videntur vicisse peccatorum. hinc est quod prouocat ad singulare certamen tamquam
ceteris iam subactis. nam et philistei illo in tempore timebant omnino aduersus israhel
inire conflictum nisi quod de golie enormis magnitudinis viro totam fiduciam pen
debat. Vnde cum cuiusmodi animam superbia temptet que sibi subiugauit in
dei seu tepiditatis etc que solet deo vomitum prouocare aut pigricia que fuit
ut boum stercoribus lapidetur. Vnde inquit et superbia vnde excellencia ocu
lorum cui adeo cetera vicia dominantur ut dimiceret se ab vniuersis tamquam male
sibi consciis absoluerit. Quis denique nisi manufortis qui cetera sibi iam potenti vir
tute vicia subiugauit aduersus nequissimum superbie vicium dimicaturus
accedat. procedat dauid manufortis quem non est vincere tantum hostem nisi
in manuforti permittit ipse contra goliam et qui vrsum vicerat et leonem videat sa
ne vtrum saulis ei possunt arma prodesse. vtrum secularis sapiencia et phi
losophicis tradicionibus seu eciam diuinarum superficie scripturarum que mini
strant occidentem litteram docuit apostolus. videat inquam vtrum hiis armis possit de
bellare superbiam vicium hac vita apprehendere posset ut contrarium sese quam ve
terani senciens hiis ingenioris arma atque impedimenta proiciat taciturus omnino cogi
tatum suum in deo et de propria desperans industria sola fide armatus non reputet
golie proceritatem ne forte magnitudinis eius mole premeretur sed potius pusillum
spiritum pusillanimitate. Dominus incipiens defensor vite mee. nam et petrus donec
ventorum violenciam maris profundum corporis pondus considerauit in verbo domini ca
tus semetipsum nec prius potuit nec timuit at ubi vidit ventum validum veni
re timuit ipsoque timore protinus mergi cepit. Sileat eciam aliquid nunc ath
lete nostro rex saul suadere temptat non potes inquiens resistere philisteo isti nec
pugnare aduersus eum quoniam puer es. hic autem vir bellator ab adolescencia

q[uod] melius e[st] loqui quinq[ue] v[er]ba q[uam] x milia i[n] lingua

q[uod] illa hec quinq[ue] quibus superbie viciu[m] debellat[ur]

sua verumtamen non acquiescit ille tale aliquid meditari sed presumens de vir-
tute eius cuius auxilio priora iam certamina vicisset accedit intrepidus Col-
ligit ergo abiectis armis Saulis quinque lapides de torrente quos nimiru-
rum levia queque tollet levigare torrens potuit sed non etiam tollere ferrum
Torrens quippe qui nunc pertransit amnis non solum presens teste scriptura
quia generatio advenit et generatio preterit tamquam torrens unda undam impellens
quia omnis caro fenum et omnis gloria eius tamquam flos feni huius levia facile se-
cum trahit torrens mundans verbum autem domini nullis fluctibus cedens manet
in eternum. Dubitare proinde non oportet lapidibus istis quinquepertitum intelligi
verbum comminationis promissionis dilectionis imitationis et orationis. Horum
quippe verborum late patens copia in divinis reperitur scripturis et for-
te ipsa sunt quinque verba que memorat paulus malens quinque verba loqui in sensu
quam decem milia in lingua preterit enim figura huius mundi et iuxta aliud testi-
monium et mundus transit et concupiscentia eius. Hec autem verba transeunte mun-
do non modo manent verumetiam leviganturque magis dum pertranseuntibus plurimis
multiplex est facta. Iam vero collectis lapides contra superbie spiritum dimicaturus
David in vase memorie sue reponit considerans quanta comminetur nobis deus quanta
promittit quantam nobis exhibeat caritatem et quam multa nobis sanctorum exempla
proponat quemadmodum denique orationis undique nobis concedat instrumentum. Hos
nimirum lapides secum tollat quisquis superbie vicium debellare festinat ut quotiens
venenatum audet erigere caput quolibet ex hiis lapidibus manu cogitationis
eius frangens occurrat percussus in fronte golias decidat capta confusione. In
quo sane conflictu funda quoque necessaria est longanimitatis formam habens
quam hinc maxime certamini nulla ratione deesse necesse est. Quotiens ergo
vanitatis cogitatio mentem pulsat si ex intimo cordis affectu divinas ex-
pavescere reperis comminationes seu promissiones eius desiderare non sustinet
golias utique lapidibus ictum sed reprimitur illico tumor omnis quia si venerit in
mentem dilectio illa tam ineffabilis quam tibi deus maiestatis exhibuit
an non illico tandescens ad culmine prorsus abhominari incipies et abire va-
nitatis. Sic exempla sanctorum si diligenti tibi consideratione proponas erit sine
dubio ad reprimendam elationem cogitationis minus puteales. Iam vero si forte insurgen-
te subito elatione nichil ex hiis que predicimus apprehendere queunt manus
tua toto fervore ad eam convertere que sola restat orationem et quomodo quem
elevatum videras et exaltatum sicut cedrus libani subversis impius iam
non erit. Sed quasi fecisse quemadmodum suo ipsius gladio golie possis abscidere
caput id etiam summo cordis quanto molestius hostis. Dico breviter quam ex-
pertis loquor et qui fidele capiant et suo more advertit quod in semetipsis
crebro sentiunt activitati quotiens provocante te vanitate ad recordationem
divine comminationis seu promissionis aut ceterorum que supradiximus confunde-
ris et erubescere devictus est quidem golias sed forsitan adhuc vivit
accede itaque propius ne forte resurgat et stans super eum mucrone pro-
prio caput eius abscide. De culpa que te appetit vanitate presumens iam

te primens vanitate elatis siquidem cogitationum pulsatus si ex culpa materiam et
occasionem sumat humilitatis quoniam iam humilius demersus et abiectius timuit de
superbo honore senciens de ripa gelidam gelu gladio primens Sermo de euan
gelio lectione ubi triduo sustinens dominum scriptura panibus turba in fine sermo xxiii

Misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod man
ducent. Euangelium fratres ob hoc scriptum est ut legatur nec ob aliud le
gitur quam ut inveniamus consolationem vel desolationem. Evangelium enim speculum est
enim secularibus consolatio vana de terrenis affluentia rerum. Vanitati mobilis de
caste penitentia desolatio. At euangelium speculum veritatis neminem blanditur
nullum seducit. Talem se ibi quisque reperiet qualis fuerit ut nec ibi timore
trepidet ubi non est timor nec letetur cum malefecerit. Sed quid dicit scriptura?
Si quis auditor est verbi et non factor hic comparabitur viro consideranti vultum na
tivitatis sue in speculo. Consideravit enim se et abiit et statim oblitus est qualis
fuerit. Nos autem fratres non sic. Observo non sic sed consideremus nosmetipsos in ea
quam audivimus fratres euangelica lectione ut proficiamus ex ea et corriga
mus statim ea si qua in nobis deprehendimus corrigenda. Propter hoc enim optimus
propheta dirigi vias ad custodiendas iustificationes domini. Tunc inquiens non con
fundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Et ego quidem non confundor sed glo
rior pro vobis fratres mei quod salvatorem in deserto secuti estis et exivistis ad eum
extra castra. Sed vereor ne quis forte in tribulatione experimenti pusillanimis
inveniatur et in tempore solius huius necessitatis et corporis deficiat. Merito pro
inde clamat divina scriptura et dicit: Expecta dominum viriliter age et confor
tetur cor tuum et sustine dominum. Sed quamdiu nobis est sustinendum? Prorsus donec
misereatur tui. Queris quando misereatur? Misereor inquit super turbam quia
iam triduo sustinent me. Verum enim vero dicere non est omnis in solitudine
si gratum deo voluerit offerre sacrificium et triduo sustinens salvatorem si
mirabilibus panibus desiderans saciari. Primus est dies timoris dies ingressus de
clarans et illuminans tenebras nostras interiores. Sed et horrendum ut tempore supple
cum demonstrans in quo sint tenebre exteriores. Hinc est siquidem cogitatione si
cut ipsi nostis in re solet exercere primordia conversionis. Secunda est pietatis
qua respiramus in laudem misericordie dei. Tercia dies est racionis in qua veri
tas innotescit ut timuisset ex debito quadam natura sua alia consideratione crea
tori subiecta sit tamen servus servans redemptoris. Ex hinc iam iubentur
distribui ut ciuitas ordinetur in nobis. Ex hinc aperit dominus manum suam et im
plet omne animal benedictione. Verum quando apostolus dicit facite homines distribue quos
nos licet ad confessionem vestram habens huiusmodi qualescunque distribue vos animo
nemo fratres tamen ut refecti pane benedictionis subsistere possitis in via ne for
te miseria necessitate compulsi descendatis et vos in egyptum et impune resilie
ditis qui nec vobiscum in deserto secuti sunt salvatorem. Misero sane et ipsi qui
non exierint non excuntibus sed plane miserabiliores omnibus hominibus qui profecto
quidem non aliis sed non in aliis sunt refecti. Porro si qui fuerit qui distribuen
dus aliis post diuinam seu diversoria quis absconderit latum hominis huiusmodi